



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De vendente rem, cujus vitium non cognoscitur ab emente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

deceptione. Dico (in re gravi) nam Molina loc. cit. excusatur a mortali vendentes, dum clamant vinum suum esse vetus, esse pretiosum, esse talis loci, cum non sit: si enim aequalis est bonitatis, & pretij, non graviter (ait) sic laedunt emptores. Verum, ergo inde etiam hos regulariter excuso, quia iam omnibus est exploratum, eos exaggerare, & ut alliciant ementes, sic proclamare.

23. Notatio tertia: Quod contractus quibus dolus causam dedit, non obligent, nec sint validi, &c. velum habet, etiam si firmati iuramento fuerint: quia iuramentum promissorium adhaerens contractui non potest intelligitur conditionatum, id est si contractus est validus; id quod clare docuimus lib. 3. cum de iuramento, & docet Fagundez, loco citato, cap. 42. num. 11. alii que.

24. Notatio quarta: Haecenus allata non omnia procedunt in contractu Matrimonij, de quo a nobis dictum est sup. lib. 3. §. 5. num. 26. & poterit legi Sanchez, lib. 7. de matrim. d. 18. & deinceps nec in sponsalibus, ex eodem lib. 1. de matrim. d. num. 3. quae, cum tendant ad insolubile vinculum Matrimonij, requirunt omnimodam libertatem, immo nec in professione religiosa, nec item in votis biennij Societatis I E S V, quibus videri poterit de Lugo, l. c. n. 88.

De vendente rem cuius vitium non cognoscitur ab emente.

25. De vitio intrinseco rei agimus, quod est quando res ipsa, quae venditur, non habet solitam bonitatem intentam ab ementibus. Nam vitia, ut sic loquar, extrinseca, non esse necesse aperire, colligitur ex dictis sup. §. 4. extrinsecum autem vitium illud appellamus, quod rei pretium diminuit ratione alicuius extrinseci, ut ob abundantiam brevi superventuram, ob raritatem futuram emptorum, &c. de qua re ibid. dictum est satis.

26. Iam verò certum in nostra hac quaestione est ex Molina d. 333, Salas dub. 34. num. 4. Valentia, tom. 3. d. 5. quæst. 20. part. 3. & 4. ex S. Thom. 2.2. quæst. 77. artic. 3. Primum, Vendentem sive interrogatum, sive non interrogatum, qui tacet vitium intrinsecum notabile rei quam vendit, quo cognito, emptor non emisset; irritum, sive certe irritandum facere venditionis contractum, peccare, & ad restitutionem obligari. Ratio est, quia tunc, cum dolus det causam contractui, decipitur in re gravi emptor: unde debet ipsi restitui etiam in foro conscientiae pretium: immo ad illud rehabendum datur in foro externo actio, quae vocatur Redhibitoria.

27. Certum est secundò ex Dical. lib. 2. de iust. tr. 9. d. 4. dub. 4. n. 35. in eodem casu, si cognito vitio, adhuc emptor emisset, validum esse contractum propter consensum implicitum (nam supponimus rem esse eiusdem substantiae) nec peccari a vendente, quia si diminuitur de pretio, & adhuc emptor emisset, illi damnum non infertur: verum, tum in foro externo (nam in hoc casu datur emptori actio, *Quanti minoris*) tum in foro conscientiae, semper reddi debet excessus, si forte is excessus fuit: & praeterea post emptionem monendus erit emptor de eo vitio, ne scilicet is rem eandem maiori pretio alteri vendat, puta, ut non vitiatam, cum tamen vitiatam sit, vel ne damnum faciat alicui res vendita, ut si esset equus calcitrosus, &c.

Ex dictis excusatur vendentem, proportionato iuxta vitium pretio vinum, quod venditor scit brevi corrumpendum, si ipse probabiliter putet ab emptore brevi, & in usum communem esse consumendum: quia tunc nullum damnum infert ementi; sed si probabiliter putet ab emptore esse servandum, quia tunc illud vitium occultatum in ipsius ementis damnum cederet, ut etiam cederet, si vinum illud esset adhibendum ad medicamenta, &c. Lege Medicinam non excusantem, cap. de

ref. quæst. 34 & 35. & Salonium excusantem 22. art. 1. d. 1. art. 3. sed sunt conciliandi modo, qui hic ponitur.

At unde sciam emptorem fuisse, vel non fuisse, putum? Respondet ex circumstantiis, ex eius facie, eius iuramento, &c. ut modo innui num. 13. in hoc potest. Quandonam obligatur venditor monere emptorem, recindat contractum resque reddat, pretiumque sumat, satis item innui modò in notione sum. num. 22.

28. Certum est secundò: Quasi vitium, quod dicitur, non est abile respectu finis, vel voluntatis ementis, val. item esse contractum, & inde propter illud vitium aliquid diminutum est de pretio nihil esse restituendum. Ita Less. 2. cap. 21. num. 1. Molina. l. c. Quod si non sit diminutum, restitutionis, immò & admonendus erit emptor, ne eadem vitio plurius alteri cum iniustitia vendat, vel alium alteri faciat modo iamiam dicto num. 27. Contra tunc hic supponamus emptori voluntariam esse emptionem quoad substantiam, vitium verò esse leve, erit saltem id peccatum mortale, quando pretium restitutum.

Dixi (respectu finis) si enim est æquè utilis habet superius, n. 22.

Dixi (respectu voluntatis) nam si voluntas ementis explicita, vel tacita, fuit conditionata, sic: Si res talis vitio caret, &c. em. secus non em. invalidus erit contractus ex defectu conditioni non purificata, ut item sup. num. 21.

Ex dictis num. 16. colligitur: Is, qui semina contra vendit pro recentibus: Qui Medicinam effusa pro efficaci: Qui ovem morbidam pro sana: Qui servum furacem pro probro: Qui pannum, vel galatrem notabiliter adustum, vel cariosum pro firmo: Qui frumentum, quod diu servari nequeat, vel rem litigiosam pro secura: Qui rem amissionis periculo subiectam (ut sunt, verbi gratia, bona haereditaria, quae a die commissae haereditatis confiscationi subiacent pro non subiecta, &c. colligitur, inquam, hunc peccare contra iustitiam, obligarique ad restitutionem tum excessus pretij, tum damnorum, quae forte latius sequentur, qualia essent, si ceterae oves morbidae essent, mors contingeret fumentis medicamentum, &c. Ratio autem est quia venditor rem venalem exponit, onerosum contractum per venditionem celebrare intendens, debet sicut bonam monetam accepta, & tradere rem utilem. Nam propter eandem rationem tenetur de evizione, id est tenetur iactantem rei refutare, si ab alio contra ementem res evicta, &c.

29. Adverte, si sine fraude, vel culpa ignoratus vitium ab utroque contrahente, solum erit supplementum pretium, si iustum non fuit: quod si fuit error in substantia, poterit emptor, si velit, ratificare emptionem, sed & poterit renuntiare: at si fuit sincere celebratus contractus sub protestatione cuiuscumque vitij fieri apparendi, cum tunc adsit haec conventio, ne pretij quidem supplementum erit conferendum, quia iuxta periculum apparendi vitij taxatum est pretium: id enim operatur non iniusta illa conventio. Atque alicubi esse legem, seu consuetudinem, ut res, praesertim animalia semper vendantur sub eiusmodi conventionem, quam certe approbo, ad tollendas lites. Immo non improbabiler putarem, id etiam tacite habere in occultissimis quibusdam vitis, quae non solent occidere in communem cognitionem: Quidquid dicat contrarium Barthol. a S. Fausto, in specul. confess. d. 1. quæst. 14. secus vendenti servum, vel equum, qui per unum, vel alium diem moritur apud emptorem, praesertim si ipse emptor litem movere, dicens, morbum per se fuisse ante emptionem in servo, & equo non postea, atque adeo velle sibi reddi pretium, et

maioris eius partem: opponit interim venditor morbum fuisse repentinum, atque ex praesentia. Ni sic sibi emptor persuadeat, advocet Anato-lias, qui viscera ex arte naviter explorant. Quis sciat, qui visceribus vacuas aures daret? & ratio esse, ultionis, quia tanti res apud communes aestimatio- nis sunt, quia tanta bona fide expertibus emptoribus, qui nullum respectum habere ad occultissimas vicia, consueverunt. Vide, quae non multo post di-

ponit quatuor superius quæstiones, faciles duæ; duæ autem molestiores.

Res vendita solum vitiosa ex parte.

Quæstio prima facilis: Quando plura singul veniunt, quorum aliqua sunt notabiliter vitiosa, aliqua autem non, utrum emptionis, et tunc validus, an invalidus contractus. Respondet, cum Bonac. contrah. d. 3. q. 2. p. 6. num. 3. si vitiosa, vel res habent inter se connexionem, spectatque emens, & invalidus erit quoad omnia, frustra- tur enim suo fine emptor; Vel non habent, & tunc nullus erit, quoad partem non vitiosam, quia tunc ma- ior pars illius luti: *Vile per inutile non vitiatur*. Vendis duos equos ad equitandum; constat vendis eisdem duos equos ad thesaurum tractandum, nulla est venditio, si alter ex equis inveniatur vitiosus.

Fructus rei vitiose vendita cuius?

Quæstio secunda facilis: Quando propter præcedentem colorem refertur venditor rem quam vendidit, cuius erunt fructus, quos forte produxit res sic empta. Respondet, cum res fructificet pro Domino, eisdemque perit quando contractus fuit in validus, fructus erunt venditoris (ut etiam ipsi res perisset si perisset) deductis tamen expensis ab emptore forte factis, & compensato damno, si quid ab eodem ex vitiosa illa venditione ac- cepit. At vero quando fuit validus, erunt emptoris, quia tunc emptor factus fuit Dominus rei. Ita idem vid. n. 18. alios citans.

Vitium patens an manifestandum?

Quæstio tertia molesta est: An vitium patens no- tando rei, e.g. equum esse monoculum, debeat ex iustitia manifestari emptori, qui illud non advertit?

Respondet, hac in quæstione maxime advertendum esse, aliud esse tacere, seque habere negativè, aliud, verbis, aut facto, positivè abscondere vitium. Hoc posterius nunquam licet: Vnde damnamus passim eos, qui de nocte, vel sub tenebris, vel admixtas cum bonis datâ operâ merces vendunt, ut earum vitia non advertantur, & eos, qui infundunt guttam argenti vivi in equum hebetem, quo generosus appareat, & eos, qui sub ver- bis his tegere sagunt suæ rei, verbi gratia, equi vitium. Vnde hunc equum quasi tecum, quasi claudum, quasi faciem (sic loquuntur Siculi) plenum ossibus &c. Ratio est, quia quidnam est decipere, si hoc non sit? Te- gere volunt: (dixi) nam si sic dicatur sincerè, ne re- puerit ad damna forte futura, vel forte occulta, tunc potest non esse positivè decipere, sed prudenter agere, ut modo num. 29. dictum est. Illud prius, hoc est, ta- cere manifestum vitium, non est improbabile carere iustitia, si res vendatur iusto pretio, & sine pericu- lo damni alterius. Ita Turr. d. 58. dub. 2. alique apud Dinnam part. 1. tract. de contract. resol. 39. Bonac. loc. cit. num. 13. alios citans. Dicastill. lib. 2. de iust. tract. 9. disp. 4. dub. 9. n. 133. sub exemplis de gemma, herba pretiosa, rudis auro, & similibus ab eumentibus, vel vendentibus minus cognitis, de quibus, antequam resolutionem de incognito illo vase afferam, sic statuo.

tia, vel hebeti sensu, vitium manifestum emptor non videat, obligabitur venditor illud ostendere, quia ven- ditor obligatur tradere rem, non vitiosam, & ex alia non habet hic excusationem ductam ab emptoris prudentia cui se committere possit?

Interrogatus de vitio, quid respondebis?

33. Quæstio quarta præcedente molestior: An ven- ditor interrogatus de mercis bonitate, vel malitia obli- getur, semper, & quândocumque vitium notabile pa- tefacere? Respondeo obligari, non solum, quando ex- pressè, sed etiam quando tacitè emptor interrogat, ut si emptor ostendat se vinum, verbi gratia, emere, quia illud diu servare vult, id enim est tacitè interrogare de bonitate vini. Ratio est, quia secus dolus daret causam contractui, & consequenter invalida esset venditio. Excipe primò, nisi venditor sincere, & sine fraude aperte emptori fateatur se nolle rem suam vendere, nisi prout est, iuxta modò dicta num. 29. Excipe secundo, quando vitium est parvi momenti, quo etiam cogno- to, indicatur ex circumstantiis emptor empturus fuisse: tunc enim dolus non dat causam contractui, so- lum restituendus erit excessus pretij, si carius, quam valeat, res vendita sit. Verum, si vitium sit dicti parvi ponderis, & nihilominus ex circumstantiis cognosca- tur, eo vitio cognito, emptor empturus nequaquam fuisse, invalida est venditio, quia ea tunc equipara- tur venditioni conditionata, sic *Nolo emere, si adsit hoc vitium*. Cum igitur adsit vitium, decet consensus, ut supra dictum est in Notatione secunda, & conse- quenter obligabitur Venditor pretium totum reddere, remque sibi resumere, nisi aliter voluerit em- ptor.

De vendente rem incogniti valoris.

34. Iam verò occasione vitij non cogniti in re, de quo hæcenus disputavimus, dicamus aliquid: Primò, de valore rei non cognito: Secundò, de ipsa re non cognita: Tertio, de vitiosa solutione per monctam factam. Quoad primum, id explicabitur discutiendo venditionem quandam, quam olim Mellanæ contigisse, memini.

Nobilis quidam Vir vendidit cuidam, exiguo pre- tio, vas antiquum prægrande in Conchæ formam ex- pansum, rude aspectu, & ut putatur ex vulgari me- tallo solum; Voluit ergo emptor ex vase illo centum circiter librarum ponderis, aliud elegantioris formæ, & magis ad usum accommodatum constare: sed inter fundendum adverterunt periti Artifices, illud constare ex ære Corinthio prætiosissimo, quare separa erunt aurum purissimi quasi libras triginta, totidem circiter ar- genti, reliquum æris, ac stanni. Ut rem venditor inauduit (statim enim fama, quasi de invento thesau- ro per Urbem increbruit) ad Iudices rem detulit, recu- peraturus, si potuisset, potum, ut ipse clamabat, in- sum rei à se per errorem venditæ. Quid Iudices illi de- creverint, ego gravissimis tunc dissentus negotiis non adveni: nunc verò, cum hæc scribo, eiusmodi casus in mentem venit, & quid decernendum in conscientia fuisset subscribo.

35. Profectò casus novus non est, solet enim de eo disputari ab Authoribus, Salon. Less. Bannez, Molin, Re- ginald. aliisque apud Dicastill. lib. 2. de iust. tract. 9. disp. 4. dub. 9. n. 133. sub exemplis de gemma, herba pretiosa, rudis auro, & similibus ab eumentibus, vel vendentibus minus cognitis, de quibus, antequam resolutionem de incognito illo vase afferam, sic statuo.

36. Si quis emit vitrum, quod communiter tale existimabatur, & pro vitro illud alteri vendidit, sed deinde in manu tertij cognita est gemma, ad nihil te- netur hic posterior emptor, sicuti nec ille prior, si il- lam post emptionem, ut gemmam cognovisset. Idem solet